



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

De Statvtis & constitutionib. pro offi. Inquisit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

presentis constitutionis auctoritate permittimus, quod Episcopus vel Inquisitor secretum possint indicere illis, quibus ut præmissum est, processum huiusmodi explicabunt: ut in eos si arcana consilij, seu processus, sibi sub secreto ab eisdem Episcopo vel Inquisitoribus patefacta, præter eum licentia alij patet, excommunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso facto incurant, si eis expedire videbitur, promulgare.

## COMMENT. CXXX.

**E**xplorati iuris est id de quo querit hic Eymerius: potest enim Episcopus & Inquisitor indicere silentium consultoribus, etiam sub pena excommunicationis, ut super questione proxime praedictum dictum est; idem docet Repertorium Inquisitorum, verbo, secretum, & Bernardus Comensis in lucerna Inquisitorum, verbo, Inquisitor. §. 21. & quam sit ingens scelus secreta reuelare, explicat Aegidius Bossius, eo loco, quem superiori commentario indicaui, eum video.

## QVÆSTIO LXXXII.

An Episcopus & Inquisitor possint se mutuo excommunicare ob indictum secretum.

**Q**uæstima secunda quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor prædictis peritis excommunicationis sententiam iniungendo quatenus nomina deferentium aut testificantum non reuelent, possint se excommunicare mutuo hac de causa, etiam ne reuelent?

Respondemus q. non, vt in alleg. c. Statuta. §. Et ut coruad. de hæret. lib. 6. unde ibi concessum quod possint peritos excommunicare hac de causa, ut est dictum quæst. proxima, statim sequitur ista: Sic tamen q. Inquisitores Episcopum, vel Episcopus Inquisitores non excommunicent hac de causa.

## COMMENT. CXXXI.

**I**udices fidei alter alterum excommunicare non potest, iuxta tradita hic ab auctore. Hæc assertio ratione non caret, nam si se mutuo excommunicarent id fidei negotiis procul dubio obesseret. Et hoc proplus spectare videtur priuilegium concessum Inquisitoribus ab Urbano IIII, in extrahag. incip. Ne Inquisitionis negotiis, quam resulit Eymericus supra, par. 2, in qua sancitum est, ne Inquisitor & eius notarii excommunicari possint a delegatis sedis Apostolicae addit Sylvestrum in summa, verbo, hæresis. 2. q. 8. Certa buc spectantia dicam in questione proxime sequenti.

## QVÆSTIO LXXXIII.

An Episcopus & Inquisitor tenentur ad secretum quod alijs indicunt.

**Q**uæstima tertia quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor indicentes prædictis secretum, de non reuelando nomine deferentium seu testificantum per sententiam

A excommunicationis latæ, ipsi etiam Episcopus & Arceantur, Inquisitor ad secretum huiusmodi arceantur & pro obligentur, ut ipsis verbis, huic auctori familiare in ibi, quod Episcopus & Inquisitor non possunt se hac significare excommunicate mutuo hac ex causa, ut dictum est supra quæst. proxima, de Episcopo & Inquisitore, sequitur sic: Sed Episcopi ex iniuncto ex nunc a nobis sub uitrate sancta obedientie districto precepto, ad secretum huiusmodi teneantur.

## COMMENT. CXXXII.

**Q**uæstima se mutuo Episcopus et Inquisitor ob secretum custodiendum in causis fidei, excommunicare non possint, ut proxime dictum est, nihilo minus tamen ad illud obseruandum in virtute obedientiae ex districto Papæ precepto obligantur; quod equidem ratione non caret: quemadmodum enim grauia incommoda consequi possunt ex huiusmodi secreti violatione, cum peritti & consultores reuelarent, eadem nascerentur si Episcopus, aut Inquisitores manifestarent.

Ergo si Episcopus & Inquisitores extra casus sibi à iure cœcessos & permisso, & negotiis fidei ne cessarios, reuelarent, aut testes, aut delato, aut de nuntiatores, & accusatores, vel alia sacri officiū se creum extra crea, quamvis ipso iure excommunicati non es- ter peccant. Inquisitores reuelantes se calus permis- fera, quamvis ipso iure excommunicati non es- fera mortali- sent; quoniam hoc nullo iure (quod ego sciam) cau- tum inuenitur: tamen mortaliter peccarent, quia sibi districte iniungitur a Papa sub virtute sancte obedientiae ne reuelent; essent enim iusta & legiti- tima legis transgressores, facere autem in materia graui contra iustitiam & legitimam legem, nulla rationabili causa urgente, rei excusante letaliter est culpa, ut uno ore fateantur Theologi, quos sequuntur Canoniske, & ceteri bene sentientes arque hoc est in hac causa diligenter obseruandum.

## DE STATUTIS ET CONSTITUTIONIBUS PRO OFFICIO INQUISITIONIS.

## QVÆSTIO LXXXIII.

An priora indulta & priuilegia Inquisitoribus data, sint per posteriores constitutiones reuocata.

**Q**uæstima quarta quæstio est: Vtrum Inquisitoribus Apostolica priuilegia, indulta, constitutiones, & ordinationes, seu ad consultata responsiones factas per Iudicium Apostolicum, sint per constitutiones postmodum factas, de quibus habetur in 6. Decretalium, & in Clement. tit. de hæret. sim- plicer reuocata?

Respondemus quod non nisi in his, in quibus obviant constitutionibus antedictis, ut patet in c. fin. Statuta de hæreti. lib. 6. ubi in fine dicitur sic: Relar. supra Constitutiones uero, ordinationes, & mādata alia pag. 11. præde-

prædecessorum nostrorum, in negotio hæreticæ prauitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta reponsa, quæ consuetudinibus supra scriptis super eadem editis prauitatem non obuient, in suo uolumen robore permanere.

In c. multorum, de hære. in Clemen. in f. dicitur sic: Alia sane, quæ circa premissum inquisitoris officium, à nostris sunt prædecessoribus instituta (quatenus præsenti decreto non obuiant) facit approbatione concilij reborata, in sua uolumen firmitate manere.

## C O M M E N T . C X X X I I I .

**V**erissime concludit hoc loco Eymericus constitutiones, & ordinationes Apostolicas contra hæreticam prauitatem editas, nō esse per alias posteriores revocatas: hoc enim favore fidei ita cōstituere oportuit. per leges quoq; ciuiles idem sanctum est ut appareat in l. Arriani. C. de hære.

Occasione huius questionis agendum nobis hoc loco erat de virtute, & robore extrauagantium varijs temporibus per diversos Romanos Pontifices editarum in negotio sanctissimæ Inquisitionis: Ceterum cum in fine huius operis hanc disputacionem habuerimus, locum rbi de his agimus, indicasse sit satis, ne eadem sapiens repetita letoris annum onerent.

## Q V A E S T I O LXXXV.

An Episcopus, & Inquisitor simul interpretari possint statuta contra hæreticos edita.

**C**ruagesima quinta questio est: Utrum Inquisitor cum Episcopo, vel eius Vicario, possit statuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita, interpretari, si & quando circa ea ambigua oriuntur?

Respondemus q; sic; ut patet in litteris Apostolicis predictis lnn. iij. tenoris sequentis: Cum negotium fidei catholice aduersus hæreticam prauitatis errores uobis, ut ueltra prudentia deprehendat vulpeculas demolientes uineam Domini, sub certa forma per alias litteras duxerimus committendum; ut commissum uobis ad Apostolica sedet tam salubre ac utile ministerium exequi liberius, ac exercere possitis efficacius, in hac parte interpretandi statuta ecclesiastica, & secularia contra hæreticos edita, & hæreticorum filios, & nepotes, credentium quoque, fautorum, defensorum, & receptatorum ipsorum, dignitatibus, personatis, & honoribus quibuscunque, ac beneficijs ecclesiasticis, & publicis officijs: & infra libera uobis auctoritate præsentium concedimus potestatem.

In litteris vero Apostolicis Alexandri inj. habetur sic: Ut commissum uobis inquisitionis officium contra prauitatem hæreticam efficiatis, & liberalius exequi ualeatis, interpretandi, uel declarandi una cum diœcesanis locorum, in quibus est idem officium uobis commissum, uel ipsorum Vicariis, tum diœcesanos abesse contigerit, statuta

A contra hæreticos credentes, receptatores, fautores, & defensores eosq; edita quæcunque in eis apparet aliquid ambiguum, uel obscurum: & infra uobis auctoritate præsentium concedimus facultatem.

## C O M M E N T . C X X X I I I I .

**H**oc insigne priuilegium in favorem fidei in Cardinibus tributum est. Cum enim multis quotidie in pœnis hæreticorum, & causis fidei orientantur dubitationes, quæ non sunt plenè & aperte per leges declaratae; sunt enim plura negotia quam tamen leges: sunt que plures articuli negotiorum, & dubiorum, quam sanctiones: propriea, ne foret necesse in singulis dubijs Pontificis Romanum consulere, faliblriter cautum est, vt leges in hæreticos editas possent Inquisitores interpretari, exempla passim occurruunt, que libenter hic gratia breuitatis omittimus; num effet potest illud, cuius meminimus supra in hac 3. parte, num. 34. tit. de forma aggredi officiales. S. quoniam uero.

Huius autem priuilegij mentionem faciunt Tobiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 39. Campegi apud Zanchinum cap. 16. versic. rursus arbitrium indicis. Locatus in opere indiciali, verbo, interpretari, & verbo, statuta Joannes Royas tract. de har. par. 1. nro. 426. & alijs.

Jam quantum spectat ad rescriptum Innocentij iiiij. quod hic citat Eymericus, id nondum vidimus authenticum. alterum vero Alexandri inj. quod refert in fine questionis, vidimus authenticum in bibliotheca illustrissimi Card. Felicis + Peretti, allatum ex Affilio; eratque missum Fratribus ordinis Minorum Inquisitoribus hæreticae prænitatis. Datum Anagnia x. Calen. Decemb. Pontificatus sui anno iiiij.

## Q V A E S T I O LXXXVI.

An Inquisitor per se possit in verbis ambiguis interpretari dicta statuta.

**C**ruagesima sexta questio est: Utrum Inquisitor sine Episcopo, & eius Vicario possit statuta edita contra hæreticos, credentes, receptatores fautores, & defensores eorum, interpretari, si circa ea dubia oriuntur?

Respondemus q; sic; ut patet in litteris Apostolicis Alexandri inj. Præ cunctis, ubi habetur sic: Præ cunctis, & infra: Nec non interpretandi statuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita, quæcunque in eis apparet aliquid ambiguum, uel obscurum: & infra auctoritate præsentium concedimus facultatem.

## C O M M E N T . C X X X V .

**H**oc priuilegium amplius est, & patentius: liberè enim concedit Eymericus solum Inquisitorem posse interpretari statuta dubia, seu verbis statutorum ambigua, reperta in statuti, editis contra hæreticos.

Ceterum,

Caterum, hoc præmonebimus, hoc rescriptum Alexandri iij. quod incipit: Præ cunctis: nos non dum vidisse authenticum: cum multa alia eiusdem riderimus. Rursus, hac clausula, quam ex eo rescri pro recitat hic Eymericus non legitur in rescripto Vrbani iij. Præ cunctis, relato ab auctore supra dar. 2. de quo ualde miror, cum Pontifices soleant semper in hac causa referre eodem tenore verborum, rescripta à suis prædecessoribus edita: Alexander autem ante Urbanum vixit, ut est manifestum. Postremo, rescriptum illud Innoceti iij. quod incipit: Cum negotium relatum item ab Eymerico supra parte 2. non probat banc Eymerici sententiam: nam præterquam quod nondum authenticum viderimus, in multis exemplaribus, dum protestas tribuitur Inquisitoribus interpretandi statuta adduntur illa verba: Cum diæcesanorum Episcoporum consilio: quod videtur verisimilius, quia res magni momenti est.

Sed quamquam hæc sint incerta, auctoritas Eymerici multum pondus habet, nec est credendum eum sibi eam clausulam arbitrio suo compoisse.

Sed demus banc sententiam nullo certo iure praecusat, & quaramus an hoc liceat solis Inquisitoribus: Primo obtutu uidetur dicendum, solum Inquisitorem non posse leges dubias in hereticos latas interpretari: nam solius principis est declarare legem dubiam. l. 2. cum gl. ibidem, verbo solis, & l. fin. C. de legibus. cap. inter alia. exulta de sent. excom. Præterea solus Romanus Pontifex est legitimus interpres iuris diuini, & canonum ecclesiasticorum, ut docet Abbas in c. que in ecclesiast. de cōst.

His tamen non obstantibus non inepte dici possit, solum Inquisitorem posse dubia statuta in hereticos lata declarare, ita hoc loco Eymericus idē teñet Campegius apud Zanchinum c. 16. versi. rursum arbitrium iudicis, & omnes ferè præcitatati super quaestione superiori. nam cum hoc priuilegium sit tributum fauore fidei, cuius Inquisitor dicitur defensor, rationi consonum uidetur, ut sibi soli hoc priuilegium competit. Præterea in illis locis, in quib. non sunt adhuc Inquisitores delegati constituti, sed soli Episcopi iure ordinario in hereticos animaduertunt: non uidetur dubium quin illis liceat statuta in hereticos edita declarare: quoniam ut supra in bac 3. par. super q. 56. §. num autem, tradidimus, priuilegia, quæ fauore fidei Inquisitorib. sunt tributa, Episcopis èt uidetur competere, ergo fiet, ut solis etiā Inquisitorib. liceat declarare statuta dubia, cum maiorem quam Episcopi, aut saltem aequalē cum ipsis, in causis fidei habeant potestatem.

Hac fortassis vera sunt de stricta iuris rōne: tūtius tamē est in re tā graui adhibere Episcoporum consilii, ubi cōmode poterit adhiberi: aliás vrgēte causa solus fortassis Inquisitor poterit id præstare.

Exempla multa occurruunt in nostris bisce cōmētariolis, incer quæ illud pōt ēsse accōmodatū, de quo scripsimus supra parte secunda, super c. fraternitatis. de b. a. §. iā bac prohibitio, & §. seq. nam si dubitetur, an cōmīsariis inquisitorum liceat legere libros prohibitos, sicut licet ipsiis Inquisitorib. quoniam in hac parte e obscure loquitur rescriptū Iulij iij. Pontificis. Max. quod ibi recitauimus, Inquisito-

Aris partes erunt id declarare; in similibus idem est iudicium.

Dummodo caueat ne nimis libenter vtatur hac potestate, & sub huius potestatis pretextu ea statuat, quæ vel alijs legibus repugnēt, uel seua sunt, & è consuetudine sacri tribunalis aliena; in quo conscientia sua consulere quisque debet, securius semper est, & diaœsanos Episcopos, & peritissimos, & probatissimos viros consulere.

Equidem in vetusto quodā codice, quæ ante paucos annos Romā attulit Inquisitor Florentinus, in quo erant collecta quæcūq; ad sanctum officiū pertinere videbātur, aliquot extabant exempla huius rei, de qua agimus: caterum Inquisitor, & Episcopus ad interpretandam quandam būiusmodi legem conuerterant, vocatis ad id atq; consultis multis peritis iureconsultis. tutius ergo est, ut ambo id præsent, quam ut unus solus negotium tantum exequatur.

Rursus, non modo solus Inquisitor interpretari Solus Inquisitor potest statuta dubia edita cōtra hereticos; sed quo sit edicta oportuerit edicta aduersus hereticos, eorumq; tra hæretici complices, sautores, receptatores, & defensores publicare, id soli Inquisitores sine ordinario facere possunt, ita Ioannes Royas tract. de hæret. par. 2. de priuilegiis inquisitorum, num. 415. versi. item soli inquisitores, & non ordinarij, ad quam sententiam probandanū adducit, verum tamen videretur hoc priuilegium. cum enim inquisitor sit à Sede Apostolica delegatus in causis fidei, ordinario uidetur præferendus: itaque inconsulto ordinario potest edicta contra hereticos promulgare, quibus iubeat, ut sibi in hoc criminis delinquentes reuelentur; quæ fuit sententia Eymerici 3. p. nu. 52. in forma admonitionis de hæretieis reuelantis, p̄su etiā comprobata, ubi nulla est Episcopi mentio, & Zanchini tract. de hæret. cap. 11. num. 2.

Huius autem priuilegiū frequenter potest cōtingere usus: ut cum, verbi gratia, delictum est cōmīsum, quod hæresim præ se ferre videretur, ut si deleteria sint Sanctorum imagines, combusta Ecclesia, in domos inquisitorum imperus factus, aut ignis cōiectus, & similiatūc. n. inquisitores edictū propositi, sub pena anathematis, & sautoria hæresis monēbūt vniuersos, ut id delictū, vel delicta reuelent.

Sed quid si ordinarius edicta huiusmodi publica Episcopusanuerit, poterit ne inquisitor ea reuocare? & Ioannes Royas præcitate loco merito reuocanda tradit. sed publicare.

is fortassis nimis liberè loquitur, quasi nullæ sint partes Episcoporū in hac causa, cum tamē oīa iura clamant per concessionem procedendi inquisitorib. factam, non esse ablatam ordinarij procedendi potestatem, cap. per hoc, de hær. lib. 6. quare multum illis tribuendum censeo: nec approbo eorum sententiā qui plus sibi tribuētes, quam à iure habēt, Episcopos ferè spernit in hac causa. meminisse ergo oportet, eos indices fidei esse in sua diaœcesi ordinarios, quod si ea edicta in fidei propagationem referātur, nullo modo mihi uidetur reuocāda, sed cōfirmāda potius: sic. n. Episcopus, & inquisitor, quasi An Inquisitus, fortius pugnabunt contra religionis hostes, tores noua statuta cōdere.

Sed maior difficultas est, An Inquisitores possint cōtra hereticos noua cōdere statuta in suis diaœcesi tra hæretibus, angēdo penas aduersus eos, & Ioannes Royas cos. tract.

tract. de heret. par. 2. de priuilegiis Inquisitorum A  
nu. 440. id Inquisitores posse afferit, additq; ita  
tenere Lapum & Geminianum in c. f. §. statuto. de  
heret. li. 6. quod optime, inquit, explicat Gondissal-  
lus tract. de he ret. q. 23. nu. 6.

Veruntamen Doctor hic, alioquin doctus & reli-  
giosus, valde decipitur: nam quos ille citat, contra  
rium sentiunt omnino. neque id dicunt in c. f. de  
heret. sed in c. 2. §. statuto. de constit. lib. 6. quo lo-  
co Geminiani verba in codice nostro nu. 8. versi. an  
autem Inquisitores ita habent: Ab autem Inquisito-  
res hereticæ prauitatis possint facere statuta? re-  
net hic Lapus q. nō, quia sunt delegati, ut notatur  
de heret. in 6. c. ne aliqui. & c. per hoc. sed delega-  
tus statuta facere non potest, ut notat Innocentius  
in c. pro illo. de præben. ergo; &c. habentus Ge-  
minianus. quem nullis fere mutatis sequitur Gon-  
dissalus in dicto tracta. de heret. q. 23. nu. 6. non me-  
præterit in vetustis quibusdam Geminiani exem-  
plaribus paulo alteri concipi supradicta uerba; ea-  
dem tamen est sententia. sentiunt ergo præfati aper-  
tissime, Inquisitores non posse condere statuta.

Cum ergo paulo diligenter hoc esse intuitus,  
existimauit fortassis non fore absurdum dicere, In-  
quisitoribus competere hanc potestatem. Primum  
n. explorati iuris est. Epistolas in sua diæcæst statu-  
ta condere posse, per textum in dicto c. 2. inulta  
glossa in verbo, statuto. vbi communiter Doctores.  
de constit. lib. 6. poterunt ergo condere statuta con-  
tra hereticos; nam se possunt in blasphemos, & for-  
tilegos, & similes peccatores noua statuta Episco-  
pi constitutæ, vt ab his sceleribus acerbitate pena-  
rum homines auocentur; profecto multo magis id  
poterunt contrahereticos, cum grauius ceteris de-  
linquunt, & Inquisitor in causa heresis ant maiori-  
rem, aut saltem æqualē habet cù Episcopis iurisdi-  
ctione, poterunt ergo simili modo noua statuta con-  
dere cōtra hereticos, quibus augēat penas in eos.

Ad hac, paucis ante diebus quam hæc scribe-  
remus incidimus in vetustum & authenticum re-  
scriptum Innocentij iiiij. quod extat in Archivio in-  
quisitionis Bononiensis, & incipit: Orthodoxæ fi-  
dei: quod curauimus imprimendum inter litteras  
Apostolicas in fine huius operis. quo videtur dirimi  
proposita difficultas, doceri q; posse inquisito-  
res statuta condere: nam inter cetera Romanus Pô-  
tifex inbet omnibus magistratibus, vt inquisitorū  
statuta, & sua contra hereticos obseruent, in hac  
uerba: Cōsiderates attinge, quod iurisdictione ceruī sei-  
licet inquisitorum) quod fuerit plenior in hac par-  
te, cōd magis esse poterit fructuosa: volumus &  
nostris sibi damus litteris in mandatis, vt uos mo-  
nere procurent ac inducere diligentes, vt statuta  
ipsorum, & alia ecclesiastica & sæcularia edita cō-  
tra hereticos, fautores, receptatores, & defensores  
eorum, &c. seruetis & faciatis irrefragabiliter ob-  
seruari, hæc ibi, quo loco notanda sunt illa verba:  
statuta ipsorum.

Ex his facile inducere ad credendum, posse inquisi-  
tores huiusmodi noua statuta cōdere, idq; iuxta ua-  
rietatem casuum accidentium, uel propter frequē-  
tiā hereticorū, uel propter alias causas, quas fert  
humana conditio, ut acerbitate penarū ab eis deli-

ctis committendis homines auocentur; quanquam  
illud sentiam, hoc casu consultius esse facturos, si  
Episcoporum consilium adhibeant, ut rem grā-  
uis maturius trāsigatur: vel, quod tutius est, sapre  
m sacrosancta & generalis Romana inquisitio-  
nis Senatum consulant, à quo in rebus grauibus in  
hac fidei causa nusquam discedendum arbitror.

Ilud tamen obseruandum est, nedum huiusmodi  
pena augmentur contra hereticos, aliquid comit-  
atur iniustum, incautum, aut contra ius & ratio-  
nem: nam favor fidei non tribuit hanc facultatem,  
itaque cauendum est, ne dum ex una parte fidei  
propagationem nituntur afferre, ex alia eius deri-  
mentum inducant.

In penitentijs aggrauandis & augendis certum  
est inquisitores habere potestatem, vt docuit Eym-  
ericus. 3. p. nu. 194. S. item te sentiāliter. & dixi  
plene supra in hac 3. par. super octauo modo termi-  
nandi processum fidei. & rerinentes nobis.

De principibus sæcularibus quæ situm etiam est, An  
an possint suis legib. penas contra hereticos latas, per le-  
velent contra suspectos de heresi augere. in quo  
ticulo fortassis quispiam diceret, id eis non licet,  
cum hoc crimen sit mere exæclasticum, in quo lai-  
ci, nec directe, nec indirecte se intronimere debent,  
c. vt inquisitionis de heret. lib. 6. §. prohibemus.

Ceterum, obiter hac mihi tradenti (neque enim  
liber lögii euagari, cum Eymericus insitutu aliud  
suadeat) verius cum videtur posse sæculares prin-  
cipes ex causatæles condere, quibus in hereticos  
& suspectos pena angeantur, aut iam latæ leges ad  
uersus eos, que fortassis in suis ditionibus & domi-  
nijs non custodiuntur, in r̄sum reuocentur, & in  
viridi obseruantia permanere iubantur, arque vi-  
nā tales in Christiana republica principes multi re-  
perirentur; neq; n. res fidei in deterioris laberentur,  
nec superiorib. annis florēt; illæ regna corrūsset,  
& misere in hereses tetras & nefarias incidissent.

Possunt ergo mea quidem sententia talia statua  
D condere: neque hoc est intronimere se de criminis  
ecclæstastico, sed favore potius Ecclesia, & incre-  
mentum fidei procurare: nam per eiusmodi statuta  
non auferunt propriis iudicibus, videlicet Episo-  
pis & inquisitoribus, iurisdictionem: sed eam po-  
tius amplificant, iuuant, & amplius promouent:  
id quod esse debet principum sæcularium propriū  
& peculiare minus, vt grauitate docuit Conradus  
Brunus lib. 3. de heret. cap. 9. & 10.

Postremo, Romani Pontifices principum sæcu-  
larium leges & decreta aduersus hereticos & su-  
spectos varijs temporibus edita, non modo non su-  
stulerunt, aut abrogarunt, immo confirmarunt &  
iuiolabiliter custodiri iussuerunt, ut constat ex  
multis Pontificum rescriptis editis in Bullario lit-  
terarum Apostolicarum, quod explicui copiose in  
disputatione de robore extrauagantium contra ha-  
reticos editarum: quod ipsum facturos crederem  
proculdubio & ceteros Romanos Pontifices, quo-  
ties vel catholici principes nunc, aut futuri iepo-  
ribus, uel insignis aliqua respublica, veleinitas, uel  
minores reguli in suis dominijs leges nouas conde-  
rent; quibus commode hereses aut nasci impedi-  
rentur, aut iam natæ & facilius extirparentur.

Quod

Geminiani  
verba.

*Quod initio nascetis Luthericae perfidiae valde laudabilicet Brixia Italia ciuitas catholica & illustris consecuta est: nam ad extirpandam Luthe-ribesim, quae sece occulte insinuabat, praelarum & honorificè edidit statutum, quod Clemens VII. anno Domini MDXXVIII. & laudat & confirmavit eius initium est: Placuit intelligere, quod siam in fine huius operis inter litteras Apostoli cas curauimus imprimendum.*

*Possent ergo exempli gratia seculares magistratus & Domini terrarum condere tale statutum, quod iudei vel alii infideles in suis terris commorantes, teneantur haereticos accusare seu denunciare, aut alia huiusmodi multa.*

*Evidem sententiam hanc non obscure confirmare videatur Beatus Augustinus Epistola 48. ad Vincen- tium, ubi ita scribit: Serviant Reges terræ Christo, etiam ferendo leges pro Christo, hoc ibi. & Episto- la 50. ad Bonifacium, quo loco ait ita: Nā & iepo- tibus Prophetarū, omnes Reges, qui populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt quæ contra Dei precepta fuerant instituta, culpantr: & qui prohibuerunt & euerterunt super aliorum merita laudantur, haffenus Augustinus.*

*Illud præterea adiungo, quod si tanta esset iudi- cium ecclesiasticorum negligentia, ut iuxta Sanctio- nes canonicas, aut inquirere haereticos, aut eos punire, vel omittent, vel omnino nolle: tunc indices seculares pie & iuste facerent, si ad extirpandos haereticos totis viribus, & conatu intenderent: immo vero omnino deberent ita facere, cum ad religio nem defendendam penitus teneantur.*

*Tunc autem eorum statuta corruerent, at inuali- da & nulla essent, cum in detrimētum fidei, & san- ti officij impedimentum tenderent, c. statutum de heret. li. & consuluit plene Paulus Parisius consil. 2. incip. Et si esse Iudæum. vol. 4. nu. 104. & seq.*

### DE SVSPECTIS DE HÆ- RESI & diffamatis.

#### Q V A E S T I O LXXXVII.

An suspectus de hæresi cogi-  
beat abiurare.

*Quæstio septima quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor suspectum de hæresi dabeant cogere hæresim abiurare?*

*Respondemus quod sic; vt patet in c. Excommunicatus itaque, qui autem de hæret. ubi dicitur sic: Qui autem inuenient fuerint sola suspitione notabiles: nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemq; per- sonæ, propriam innocentiam congrua purgatio ne monstrauerint, anathematis gladio feriantur, et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus euentur: ita quod si per annum in excōicatione persistierint, ex tunc uelut hæretici condemnērur. Et in c. Accusatus de hæret. lib 6. dicitur ita: Accusatus de hæresi, uel suspectus, contra quem de-*

*A hoc crimine magna & vehementis suspicio otta- erat, si hæresim in iudicio abhauruit, postea com- mituit in ipsa, censi debet quadam iuri fictione relapsus: licet ante abiurationem suam hæresis cri- men plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit (quani- quam ex hoc sit grauus puniendus) non tamen debet in hæresim relapsorum pena puniri.*

#### C O M M E N T . C X X X V I .

*S Vspectos de hæresi abiurare debere explorati suspecti de- iuris est, ut euidenter probant leges canonicae hæresi abi- hoc loco ab Eymerico allata. tradit vero hanc ma- teria idem Eymericus copiose p. 2. q. 45. & 46. &*

*B de praxi agit. 3. par. in 4. 5. & 6. modo processum fidei terminandi. & in concilio Tarragonensi. §. suspe- ctus de hæresi relato supra par. 2. & docet copiose Joannes Royas singu. 1. Repertorium Inquisito- rum. verbo, suspectus. Locatus in opere judiciali verbo, suspicio. & alij varijs locis.*

*Nec refert, quantum ad hoc, an suspicio sit leuis Quaquis hæ- uel vehementis; omnis enim suspicio debet abjurari, res fulpi- vel purgari, ut copiose traditur præcitatissimis locis: da. sed eleganter in concilio Tholosano. c. 11. & in con- cilio Biterrensi c. 31. & quidquid ad hunc locum de abiurazione spectat, copiose tractati supra in hac 3. parte super quarto modo processum fidei ter- minandi.*

#### Q V A E S T I O LXXXVIII.

An diffamatio de hæresi sit indicen-  
da purgatio canonica.

*Q Quæstio octaua quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor diffamato de hæresi debeant purgationem canonicanam indicere?*

*D Respondemus quod sic, iuxta c. excommuni- camus itaque, extra de hæret. §. adjicimus. ubi di- ciunt sic: Adjicimus insuper, ut quilibet Archiepi- scopus, uel Episcopus, per se aut per Archidiaco- num suum, aut alias honestas idoneasque perso- nas bis, aut saltem semel in anno propriam paro- chiam, in qua fama fuerit haereticos habitare, cir- cumeat, & ibi tres, aut plures boni testimonij ui- ros, uel etiam (si expedire videbitur) rotam uici- niam iurare compellat, quod si quos ibidem hæ- reticos scierit uel aliquis occulta conuenticula celebrantes, seu a communione conuersatione fide- lium, vita & moribus discedentes, eis episcopo Diffamati d' studeat indicare. Ipse autem episcopus ad præsen- tiam suam conuocet accusatos, qui nisi se ab- bie- cto reatu purgaueant, uel si post purgationem exhibitat in pristinam fuerint relapsi perfidiam, hæresi debet se purgare.*

#### C O M M E N T . C X X X V I I .

*N On est ambigui iuris diffamatis de hæresi ca- nonicam purgationem esse indicendam, quod probat textus quod Eymericus hic uitetur.*

*De diffamatis de hæresi copiose egit auctor su- pra p. 2. q. 57. & qualiter debeat se purgare, docuit parte*